



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

24. Executores qui nam dentur à lege.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

redem. Et tales dicuntur testamentarij : vt in
Specu. de instrum. edict. §. nunc verò aliqua.
versicul. executores.

† Alij verò dantur à lege : qualis est epi- 24
scopus loci, vel originis, vel municipij seu vil-
lae, quae illi subest, aut episcopus loci rei. Vel eius
economus deficiente testamentario, non exe-
quente, exequiue non valente : vt l. nulli. l. si
quis ad declinandam. §. i. C. de episco. & cleri.
& c. tua. de testa. Vel qualis est metropolita-
nus, episcopo negligente, vel exequi non va-
lente : vt §. sin autem qui. & §. sequen. in au-
then. de eccle. titul. Vel qualis interdum est ec-
clesia, vt in authen. vt cum de appel. cogno. §.
si vnum. col. 8. Vel etiam capitulum vacante
sede : quia est officium necessarium : vt no.
glo. in cle. i. de haereti. Nec obstat, quòd nò pos-
sit conferre, sicut episcopus : vt c. olim. de ma-
io. & obedi. & not. in Clemen. i. ne sede va-
cante : quia ille ibi est merus honor : hinc au-
tem etiam onus : vt l. nulli C. de episco. & cle-
ri. & ca. tua. de testa. & ibi Abbas sicu. Le-
gitimus etiam esse poterit Abbas, vel alias in-
ferior, habens potestatem episcopalem. pro quo
B 4 facit

facit gloss. in Clemen. 1. de rebus eccles. non
 25 alienand. Quod dixit † Abbas sicu. in c. Ioan-
 nes de testa. esse verum in favorabilibus, qua-
 re hoc est. Secus in odiosis: quia diocesani ap-
 pellatione, tunc comprehenditur solus episco-
 pus: ut est gloss. in clement. 1. de vita & ho-
 nestia. cleri. & clem. 1. de iurepatro. Item legi-
 timus dicitur delegatus vel subditus ab episcopo:
 quia ex quo episcopus habet ordinario iure,
 ipso potest alteri committere: ut c. fina.
 de offi. ord. Et ita tenuit Recuperus consulendo:
 ut refert & sequitur Do. in c. fin. s. 1. de
 test. lib. 6. Similiter legitimus erit, & iam iudex
 secularis ut d. l. nulli. Et in Spec. de instru.
 edi. §. nunc verò aliqua versi. legitimi. Et tales
 consueverunt legitimi appellari.

26 † Sed dubitari solet, quid si concurrant plu-
 res episcopi, videlicet episcopus domicilij, &
 originis, ac rei sitæ. Et ex dictis gloss. in l. nulli.
 & docto. ibi & Specu. in §. nunc aliqua. ver-
 sic. quid si episcopus. & vers. quid si fuit. &
 Fede. de se. in sua particulari disputatione, con-
 clude, quod ambo vel omnes. Fallit primò, ubi
 esset legata species vel res, quæ esset in vno
 loco